ANNO DOMINI DCCCCXX.

SALOMON
CONSTANTIENSIS EPISCOPUS.

NOTITIA HISTORICA.

(Apud Canisium, Spicilegii tom. II, pars II.)

›n Constantiensis episcopus illustri prosa- erat; a parentibus Sangallensibus mo- imaldoque tunc temporis abbati commen- ›i a teneris annis studiis incubuit; cum ›teris condiscipulis doctrinarum profecti- sone præceptore longe præiret, invidia t monachi, Notkerus aliique, ipsumque ›rri ægre ferentes summo odio sunt pro- ımque vellet monasterium Sangallense que sine cuculla ingredi, ipsius æmuli n fraudem detegentes » ab ingressu pro- ıtaverunt ea ratione quod insolens foret ntrare intima monasterii, noctu præcipue, ıonachali habitu. Postulavit Salomon ut nonachalem indueret dum intra claustra tur, exueret vero dum abiret: renuebant ipsi semper infensissimi, lupum ovino dui reprehendentes. Divinam plane sen- mplexus abbas postulata concessit ut si Salomon crearetur abbas Sangallensis, nico, sed monacho et fratri subderentur; ı monasteria a canonicis regi solita; sic s, sic etiam Hartmultus fuerunt Sangal- bates, quanquam canonici. Sic legitur ›robadæ: post Salomonem metuere fra- alienam manum traderentur; regendi › abbatibus sæcularibus, quemadmodum omon. Quanquam autem ferveret in eum n Notkeri, Rutperti, Tutilonis odium, ni- ı archicapellanus Ludovici Pii electus est: ›ro dum gratia polleret apud imperato- wangis et Campidonensibus canonicus est. Cum Bernardus Sangallensi abba- A tia sese abdicasset, Salomon ejus vices subiit, impellente Hattone Moguntino, cujus laudes carminibus suis inseruit. Vix octodecim menses monasterio præfuerat, cum ad episcopalem sedem Constantiæ fuit evectus, an. 893. Episcopus duodecim abbatias nihilominus regebat, pro more his temporibus solito; pari enim abbatiarum numero gaudebat Hatto, Moguntinus præsul. Triburiensi concilio anno 895 adfuit et subscripsit Salomon; deinde Romam petiit indeque Pelagium martyrem Constantium episcopum in sarcophago auro et gemmis decorato transtulisse ferunt 919. Carmina quædam edidit ad Dadonem amicum; quin sint ipsius dubitare non licet lectis his versiculis:

> Eximie antistes, has accipe, Dado, salutes
> Conscripta tristi a Salomone tuas.

Tristitiæ causa fuit mors intempestiva fratris quem unice adamavit.

> Hic baculus lasso, fuit hic medicamen et ægro:
> Istic dum viguit nil mihi triste fuit.

Fuit ille hujus nominis tertius abbas Sangallensis, ut probant versus forsan a Tutilone ipso conscripti in ejus laudem, ob dona amplissima Sangallensibus collata.

> Tertius hic hagiæ Salomon dat dona Mariæ,
> Tertius hic almo Salomon dat munera Gallo.

Obiit anno 919. Habebatur autem « vir fortunatus, prudens consilio eloquens et valde liberalis. » (Vita Notk., c. 15.)

SALOMONIS
CONSTANTIENSIS EPISCOPI
VERSUS AD DADONEM EPISCOPUM.

(Apud Canisium ubi supra.)

ncipit prologus sequentis operis.

rine Deus, genitor, sate, spiritus alme,
ıum simple, quem simplum regula trine
m monstrat, fideique expostulat ordo;
ırsonæ triplant, substantia simplat,
C Da votum cordi, sermonibus instrue linguam,
Cymbala labrorum concede ut recta loquantur;
Fac me velle bonum justeque implere cupitum;
Imbue corda fide, spem dona, confer amorem;
Quæ tria cui dederis, nil habet hic non probitatis.